



Disputatio juridica inauguralis de auctoritate tutorum

<https://hdl.handle.net/1874/347216>

3.

DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS,
DE
AUTORITATE
TUTORUM.

Q V A M,
DIVINO FAVENTE NUMINE
Ex Autoritate Magnifici Rectoris,

D. HERMANNI van HALEN,

Verbi Divini in Ecclesiâ Præconis, & Theologiæ Doctoris, ejusdemque
Facultatis in Inclytâ Academiâ Ultrajectinâ Professoris Ordinarii,

UT ET

Amplissimi Senatus Academicci consensu, Nobilissimæque
Facultatis JURIDICÆ Decreto,

PROGRADU DOCTORATUS

Summisque in UTROQUE JURE honoribus & Privilegiis

ritè & legitimè consequendis,

Eruditorum Examini subjicit,

THOMAS MULLER, INDO BATAVUS.

A. D. 15. Aprilis, hora locoque solitis.



TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officina FRANCISCI HALMA, Academiæ
Typographi, clc lcc Lxxxix.

Gravissimo & Spectatissimo VIRIS.

D. NICOLAO MULLER,
Urbis Bataviæ apud Indos Scabino meritissimo,
Parenti meo quibusvis pietatis officiis colendo.

D. THEODORO ZAS,
S. S. Euangeli præconi disertissimo fidelissimo,
Avunculo per affinitatem plurimum honorando.

UT ET

Nobilissimo Amplissimo Spectatissimo VIRO,

D. D. JOHANNI MASSIS,
Reipublicæ Roterodamensis Senatori Gravissimo,
atqui ad consilium Illustrissimum & Præpotentissi-
mum. D. D. Ord. Holl. & West-Frisiæ ordinario
legato, tutori meo parentis instar hon orando.

NEC NON

D. REINHARDO BORMANS,
Mercatori apud Roterodamenses Solertissimo affi-
ni, atque tutori dilectissimo.

*Hoc exercitium Inaugurale, ea quâ par
est animi submissione sacrum volo,*

THOMAS MULLER,

FRIEDRICH FRANCISCI HALMA, AuctoR
Academie
Tablogispi, qd dec LXXIX.



DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS,
DE
AUCTORITATE TUTORUM.

THEISIS I.



Auctoritas tutoris est probatio ejus
quod pupillus gerit à præsente tu-
tore in ipso negotio interposita l. 3.
de auct. tut. de quâ hæc tria distin-
cetim expendemus, primo in qui-
bus negotiis ea non obtineat, dein
ubi illa adhibenda sit, tandem
quâ forma ea interponi debeat.

I I.

Quod ad primum caput attinet patuimus non esse
locum auctoritati tutoris , dum pupillus adhuc infans
est l. 1. §. 2. *de adm. & peri:* hoc est , septennio minor.
l. 18. pr. C. d. jur. delib. nihil enim infans ipse , sed tu-
tor omnia pro eo gerit.

A 2

III. Quia

4 DISPUTATIO JURIDICA

I I I.

Quia infans consensum nullum nullumque intellectum habere creditur §. 10. *Inst. d. inutil. stip. l. 9. d. acq. hered.* atque per eam aetatem fari nequit, teste Macrobius l. 1. *in somn. scip. c. 6.* ubi ostendit integratatem loquendi septennio demum absolvit.

I V.

Frustra vero tutor auctor fieret pro infante, qui neque fari neque consentire neque aliquid gerere potest, auctoritas enim supponit negotium a pupillo gestum cui tutor accedit atque illud probat ratumque habet.

V.

Deinde pupillus infante major absque tutoris auctoritate, & negotia recte gerit quibus conditionem suam citra ullum dubium reddit meliorem, etenim his casibus plane laedi nequit, adeoque tutoris custodia non indiget atque tuitio.

V I.

Hinc absque tutore dari sibi recte stipulatur l. 9. *pr. ff. b. t.* neque in acquisitionibus rerum auctoritate tutoris indiget. l. 11. *d. ac. R. D.* quod & in acquisitione possessionis obtinere appetet ex l. 1. §. 3. *d. adq. poss.*

VII. Quip-

I N A U G U R A L I S. 5

V I I.

Quippe his & similibus casibus ex negotii natura semper locupletior sit pupillus, placuit vero ait Justinianus *pr. f. b. t.* meliorem quidem conditionem licere ei facere etiam sine tutoris autoritate.

V I I I.

Vix autem opus videtur, ut cum *Imp. in §. 1. f. b. t.* à regula superius collocata excipiamus aditionem hæreditatis quam pupillus absque tutoris autoritate, ut ea hæreditas luculenta sit facere nequit etenim hæreditatis aditio non est ejusmodi negotium, quo quis citra ullum dubium semper & perpetuo atque ex natura rei locupletior fit.

I X.

Quin potius aditio hæreditatis in obligando quam in acquirendo consistit, atque ob eam causam aditio hæreditatis inter quasi contractus recensetur in §. 5. *f. de obl. ex quasi contr.* per eam enim hæres tacite exsolutionem æris alieni cui defunctus obnoxius erat, atque præstationem omnium eorum quæ ille voluit in se recipit. *l. 8. pr. d. adq. hæred.*

X.

Pupillus quoque propter imbecillitatem judicii non satis perspicere potest utrum æs alienum defuncti, cæ-

A 35 x 1000 terat-

6 DISPUTATIO JURIDICA

teraque hæreditatis onera patrimonii vires exhaustant nec ne, adeoque an expedit hæreditatem adire, an repudiare: sæpe etiam quod ab initio latebat postea emergit æs alienum, atque hac ratione hæreditas in speciem & prima facie lucrosa adeuntem damno afficit. sic acc. verba imp. in ff. §. I. f. b. t.

X I.

Ex iis quæ hactenus diximus sequitur necessariam esse auctoritatem ubi pupillus ejusmodi gerit negotia, unde dispendium damnumque posset pati, quibusque conditio ejus posset reddi deterior. l. 9. b. t. l. 28. de pact. pr. f. b. t.

XII.

Hujusmodi negotia sunt alienatio atque obligatio, quibus bonis suis exui & ære alieno opprimi solent homines negligentes atque incauti.

X I I I.

Hinc pupillus absque tutoris autoritate bona sua alienare non potest, l. 9. b. t. l. II. de acq. rer. dom. neg. solvere creditoribus cum pecuniam suam accipientis facere nequeat.

XIV.

Neque obligatur ex contractu citra tutoris authoritatem

I N A U G U R A L I S. 7

tatem inito *pr. J. b. t.* etenim persona pupilli adeo subest tutori ejusque potestati & tuitione, ut ratione exercitii atque actuum externorum alieni juris sit, itaque se ipsum contrahendo aliove modo alteri obligatum reddere non potest.

X V.

Valet tamen ejusmodi contractus ex parte ejus, quis cum pupillo contraxit, diversa enim ratio in eo obtinet: dein ille qui cum alio contrahit vel est vel esse debet non ignarus conditionis ejus. *l. 16. de Reg. Jur.* ob quam causam claudicare hic contractus dicitur, atque uno tantum latere subsistere. *vid. ff. pr. b. t.* & *l. 13. s. 29. de att. empt.*

X V I.

Notanda una exceptio est à regula quam *Th. 14.* posuimus, ad eam enim cæteri casus excepti facile, nisi fallor referri possunt scilicet toties obligari pupillum absque tutoris auctoritate, quoties obligatio ex re venit. *l. 46. de obl. & att.*

X V I I.

Ea vero obligatio ex re venire dicitur quam lex contra expressum consensum ejus, qui obligatur, ex ipsa re atque negotio propter equitatem introducit.

XVIII.

8. DISPUTATIO JURIDICA

XVIII.

Hinc pupillus in quantum locupletior est factus, ex quovis negotio obligatur *l. 5. §. 1. b. t.* naturalis enim & civilis ratio prohibent, ne quis cum jactura rei alienæ locupletetur *l. 14. de cond. ind. sic quoq. tutori aliisque gestoribus rerum, suarum nomine gestio-*nis, hoc est ex ipsa re pupilli obligantur. *§. 2. f. de obl. ex quasi contr.* hinc etiam judicio communi dividundo tenentur. *l. 46. de obl. & act.*

XIX.

Eadem ratio vult pupillum ex delicto suo ad pñnam obligari, quatenus pubertati proximus, dolique capax est *l. III. de Reg. Jur.* cum obligatio ea quoque ex re venire dicatur. *f. pr. f. de obl. ex del.*

XX.

Interponenda authoritas est pure à præsente tute
in ipso negotio; pure id est; tutor debet negotium à
pupillo gestum probare absque ulla adjectione diei vel
conditionis, quia interim pendente die vel non dum
existente conditione negotium à pupillo gestum, es-
set ipso jure nullum, quod ex post facto non soleat
convalescere: dein tutor certo judicio negotium à pu-
pillo gestum probare debet, quod etiam obtinebit,
quamvis negotium ipsum sub conditione geratur.
l. 8. b. t.

XXI. Tu.

XXI.

Tutor debet esse præsens pupillo eo momento, quo ei gerenti author fit, absens enim non tam recte omnia expendit quam præsens, nihil vero confirmare debet tutor quod non prius bene fuerit exploratum, deinde tutor præsens melius defectum personæ pupilatis, ad contrahendum inhabilis, suppleat, quam absens. Itaque per epistolam vel per nuntium authoritas interponi non potest *§. 2. f. de auth. tut.* præsentiam autem non corporis tantum, sed animi quoque intelligimus, *vid. l. 1. §. b. t.* nihil vero interest, utrum ille, qui cum pupillo contrahit, ipse præsens sit nec ne. *l. 9. ff. b. t.*

XXII.

In ipso negotio interponenda est authoritas, id est, dum pupillus adhuc in eo est, ut contrahat, antequam ad alia dilapsus fuerit, ita ut nullum intervallum temporis inter negotium pupillare atque auctoritatem intercedat, neque actus extraneus intermisceatur, sic *cap. l. 2. §. 4. de adq. hæred.* scilicet negotium pupillare omnem vim accipit ex auctoritate tutoris, adeoque mox atque sine ulla mora huic negotio adjicienda est: eleganter hoc explicat Imperator in *§. 2. b. t.* ubi tutor post tempus auctoritatem suam interponendo nihil agere dicitur & JCtus, in *l. 3. b. t.* ubi eum dicit fieri authorem, qui probat illud quod geritur.

10 DISPUTATIO JURIDICA

X X I I.

Unde soquitur ratihabitionem tutoris haud sufficere, quamvis ea ratione effectus mandato & jussui plerumque æquiparetur *I. 60. de Reg. Jur.* siquidem lex consensum præsentem hoc casu ut formam negotii atque solennitatem desiderat, quæ forma per æquipollens impleri non potest *DD. ad leg. 137. de verb. obl.* cui & hoc accedit quod ratihabitio hanc vim exerere non possit in iis negotiis, quæ ab lex initio ipso jure nulla pronuntiat, uti negotium sine tutoris autoritate initum.

X X I V.

Tandem tutorem verbis disertis autoritatem suam interponere debere videtur verius, cum *J. C. tus*, in *I. 3. b. t.* velit tutorem dicere debere, se probare illud quod geritur: atque ob hanc causam mutus nequit dari tutor, inquit Paulus, in *I. 1. §. pen. & ult. de tutel.* quia auctoritatem præbere non potest neque surdus, quia tutor non tantum loqui, sed & audire debet.

X X V.

Postremo loco observandum, tutorem non posse in rem suam authorem fieri *§. 3. f. b. t.* hoc est tutorem non posse probare, confirmare, ratum habere ejusmodi negotium, quod ad se spectat *I. 1. I. 7. b. t.* hac enim ratione tutor ipse cum pupillo, quin potius negotium

gotium ipse secum contraheret subducta videlicet persona pupilli qui contrahendi in capax est: quod & pupilli utilitas & natura contractus, qui inter duos plures est, prohibent: repungnat quoque authoritatis definitio quam JCTus in l. 3. de auth. tut. ubi requirit, ut negotium, cui tutor auctor sit, cum alio geratur. Atque haec speciminis causa obiter delibasse sufficerit plura tibi suppeditabunt alii, quos hoc loco recensere longum foret.

COROLLARIA.

I.

Tutela non est jurisdictionis.

II.

Tutor ob latam culpam remotus plerumque infamis fit.

III.

Fera in alieno capta sine discrimine occupantis fit.

IV. Bo-

I V.

Bona fidei possessor ex alieno agro fructus
perceptos suos facit propter curam **E**
culturam.

V.

Usucapio est justus dominii adquirendi
modus.

CORONARIA

V. I.

Maritus est dominus dotis.

T

II



• 80 .VI